



Per.  
Lat  
020

LATIN IFJÚSÁGI FOLYÓIRAT. LATEINISCHE JUGENDZEITSCHRIFT. REVUE LATINE DE LA JEUNESSE

Administrator, ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel: 142-215).

Moderator, ad quem manuscripta mittantur: I. WAGNER DR. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 268-634).

Prodit Budapestini quotannis decies. Preium subnotationis an. 1937—38. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyrus aerarii comparisorum postalis in Hungaria: 57.292, in Austria: A—37.880. Subnotatores earum gentium, unde simplex pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis. Coupon réponse internationalis appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, preium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

## Centenarium inundationis<sup>1</sup> Budapestanensis.

Centum annis ante mense Martio post duram hiemem vere appropinquante ingens calamitas incolas Budae et Pestini (tum enim hae urbes

totum partesque Budae humiles tam celeriter inundavit, ut multi perirent. Hodie binae crepidines<sup>2</sup> lapideae flumen hinc et illinc coērent,



Homines summo vitae periculo a remigibus liberantur.

nondum unitae erant) oppressit. Glacies Danubii inter Budam Pestinumque nondum liquescet,<sup>2</sup> cum aquae fluminis superiores adactae super glaciem fluere cooperant. Frustra milites tormentis<sup>3</sup> bellicis<sup>3</sup> moles glaciatas diruere conati sunt: iam sero venerunt et flumen intumescens<sup>4</sup> Pestinum

quarum inferior perraro, superior nunquam inundari potest.

<sup>1</sup> árvíz = Überschwemmung = inundation <sup>2</sup> olvad = schmelzen = fondre <sup>3</sup> ágyú = Kanone = canon <sup>4</sup> megeduzzad = anschwellen = s'augmenter <sup>5</sup> rakpart = Kai = quai



## LECTORIBUS MINIMIS.

Emerici epistolae altera pars.

### II. Poena petulantis.

*Tempore mundāni belli  
in viwario Pestinensi  
elephantū carceres<sup>48</sup>  
circumstabant hospites,  
qui fero esūrēti  
manū suā extēndenti  
nummos<sup>49</sup> dant charta-  
ceos.<sup>49</sup>*

*Prope astat vir custos.  
Elephantus it — reddit,  
nummos omnes excipit  
asportat suō custōdi,  
cūbū affert suo ōri:  
pānis frusta,<sup>50</sup> similas,<sup>51</sup>  
cornūtās,<sup>51</sup> caesārēas,<sup>51</sup>  
liba<sup>52</sup> siliginea,<sup>53</sup>  
crūstula<sup>54</sup> dulcissima . . .  
Puer bellus<sup>55</sup> fraudulentus  
ad cancellos<sup>48</sup> adit lentus<sup>56</sup>  
porrigit inūtilem  
scidam fero, futtilem.<sup>57</sup>  
Elephantus digito  
intelligit subito  
taetram fraudem puerī.  
Chartam prōicit humili,  
pede crasso calcitrat<sup>58</sup>  
puerumque observat.<sup>59</sup>  
Cōgitat tunc elephās:  
laedere mē — nōn est  
fās.<sup>60</sup>  
Ut exeam in trīvia,<sup>51</sup>  
non concēdunt haec tīgilla,<sup>62</sup>  
manū tē comprēnderem,  
pede tē obterem,  
tibi vellerem<sup>63</sup> cincin-  
nos,<sup>64</sup>  
involārem in capillos.*

Nonne iocōsus versiculus hic est? Vale, mi cāre Guileme! Litterās tuās semper avide exspecto.  
Dātum anno p. Chr. MCMXXXVIII-o, Idibus Iānuāriī, Budapestinī.

Desiderius Dezséry Budapestinensis.

<sup>48</sup> kerítés = Umfriedigung = clôture, enclos    <sup>49</sup> bankó, papírpénz = Banknote = billet de banque    <sup>50</sup> falat, karéj = Schnitt = morceau, croûte    <sup>51</sup> kifli és császár-zsemlye = Kipfel (Hörnchen) und Kaisersemmel = croissant et petit pain (d'une forme qui imite la couronne impériale)    <sup>52</sup> kalács = Kuchen = brioche    <sup>53</sup> finom fehérlisztból való = aus weißem Mehl = fait de fine fleur de farine    <sup>54</sup> sütemény = Gebäck = gâteau    <sup>55</sup> csinos =

nett = joli    <sup>56</sup> sompolyogva = heranschleichend = à pas furtifs    <sup>57</sup> értéktelen = nichtig = sans valeur    <sup>58</sup> el-tapos = zertreten = foulé aux pieds    <sup>59</sup> szemmel tart = beobachten = observer    <sup>60</sup> nem szabad = nicht erlaubt = il n'est pas permis    <sup>61</sup> út = Straße = chemins    <sup>62</sup> a kerítés gerendái = die Balken der Umfriedung = les poutres de la clôture    <sup>63</sup> megtépáz = rupfen = arracher les cheveux    <sup>64</sup> fodoritott haj = gekräuseltes Haar = cheveux frisés, boucles    <sup>65</sup> páca = Rute = baguette, fouet    <sup>66</sup> gyerköc = Büschlein = gamin    <sup>67</sup> özön-víz = Sintflut = doucher d'importance    <sup>68</sup> víz = Wasser = eau    <sup>69</sup> ormány = Rüssel = trompe    <sup>70</sup> kiszökellő = emporsspringen = jaillissant    <sup>71</sup> gózfecs-kendő = Dampfspritz = hydrant à vapeur    <sup>72</sup> nedves = naß = mouillé, ruisselant    <sup>73</sup> urge = Wiesel = spermophile    <sup>74</sup> ázott = naß = mouillé    <sup>75</sup> ráfecskendezett víz = hingespritztes Wasser = l'eau giclée    <sup>76</sup> sár = Kot = boue    <sup>77</sup> ing = Hemd = chemise    <sup>78</sup> szurok = Pech = poix    <sup>79</sup> orca = Wange = joue    <sup>80</sup> veszi a sátorfáját = sich packen = plier bagage, décamper



### Quae de cornu Ducis Leel narrentur.

Inter monumenta antiquitatis urbis Iasberényi cornu maxime memorabile ostentatur; monumen-tum ex ebore fabricatum olim thesaurus<sup>1</sup> magnā curā observatus ducis Leel, herois clarissimi Hungarorum veterum erat. Si cornu ducis Leel canere incepit, milites Hungarici acres audacter in clāmore proelii ruerunt. Hostes perterriti discurre-runt et cornu ducis Leel iuxta ignes pastorum Hungarorum victorum triumphans sonabat. Plus, quam nongentis annis ante avi nostri praeter exspectationem cladem<sup>2</sup> magnam acceperunt. Ale-manni ducem Leel et milites eius ex Hungaria elicuerunt.<sup>3</sup> Milites pugnā cruentā necabant, ducem autem ceperunt capitisque<sup>4</sup> damnaverunt.<sup>4</sup>

Heros Hungarorum ad mortem paratus Ale-mannos petivit, ut priusquam occideretur, iterum sibi canere licet cornu carissimo, quod socius inseparabilis erat in pugnis omnibus. Eae erant preces<sup>5</sup> ultimae. Cur non satisfecissent voluntati eius? Cornu protulerunt. Vox eius in campo usque ad locum pugnae sonavit, ubi milites Hungarici vulneribus morientes iacebant. Ipsi victores quoque commoti audiebant modum<sup>6</sup> maestum.

<sup>1</sup> kincs = Schatz = trésor    <sup>2</sup> vereség = Niederlage = défaite    <sup>3</sup> kicsalni = herauslocken = attirer    <sup>4</sup> halárlá-ítélni = zum Tode verurteilen = condamner à mort    <sup>5</sup> kérés = Bitte = demande    <sup>6</sup> dallam = Melodie = mélodie

Hoc momento ex iis prosiluit Leel et frontem principis Alemannorum ita cornu ponderoso<sup>7</sup> percussit,<sup>8</sup> ut statim mortuus collaboretur. «Ante me ibis, et servus meus eris in vita, quae post mortem futura est!» Sic ad locum<sup>9</sup> supplicii<sup>9</sup> se contulit. Nunc quoque videtur hiatus fracturae magnae in eo cornu, quod in urbe Iasberény usque ad hunc diem magna cum pietate custoditur.

*Georgius Turnusz* Disc. gymn. Jasberényensis.

<sup>7</sup> súlyos = schwer = lourd    <sup>8</sup> találta fejbe-  
kölintani = treffend verwunden = frapper    <sup>9</sup> vesztő-  
hely = Richtplatz, Schafott = échafaud.

## LOCOSA.

**Quaestiones<sup>1</sup> captiosae.<sup>1</sup>** In quodam periodico<sup>2</sup> Americano «angulus laetus» hanc iucundam narratiunculam (vulgo: anecdotam) fert: Munus<sup>3</sup> quoddam civile<sup>3</sup> promulgatur.<sup>4</sup> Petidores se examini subiicere debebant, quod omnium horrendissimum erat, quia interrogationibus omnes obstupescere<sup>5</sup> dicebantur. Ecce, iuvenis dignum<sup>6</sup> se hoc examine esse putat et censores adit. Sed stupor<sup>7</sup> animum cepit, quoniam ambae interrogations, ad quas intra 28 puncta<sup>8</sup> respondere debebat, haec erant: Quam longum est filum<sup>9</sup>? et altera: Quatenus<sup>10</sup> potest canis in campum incurrere? Certe examiner non ignorabat neutri interrogationum responderi<sup>11</sup> posse. Sed 28 punctis post admirans accepit duo responsa scripta: 1. Filum alterum<sup>12</sup> tantum<sup>12</sup> est, quantum est spatium inter binos fines et medium fili. 2. Canis tantum modo usque ad medianam partem campi incurrere potest, nam si unum solum passum eadem rectâ<sup>13</sup> regione<sup>13</sup> perget<sup>13</sup> currere, iam foras ex campo excurret. Petitor accepit calculum eminentem.

*Helena Boldog* disc. Kaposvariensis.

<sup>1</sup> fogós kérdések = Fallfragen = question insidieuse, colle<sup>2</sup> folyóirat = Zeitschrift = revue    <sup>3</sup> hivatalnoki állás = Beamtenstellung = place d'employé    <sup>4</sup> meg-hirdet, kiír = ausschreiben = annoncer    <sup>5</sup> elképeldni, hüledezn = verblüfft werden = être déconcerté    <sup>6</sup> meg-állja a helyét = gewachsen = être en état de faire    <sup>7</sup> meg-rökönjödés = Verblüffung = stupeur    <sup>8</sup> perc = Minute = minute    <sup>9</sup> madzag = Bindfaden = fil    <sup>10</sup> med-dig = wie weit = jusqu'à quel point    <sup>11</sup> lehet felelni = beantwortbar ist = on peut répondre    <sup>12</sup> kétszer akkora = doppelt so lang = deux fois aussi long    <sup>13</sup> egynes irányban tovább = in der gleichen Richtung weiter = dans la même direction

**1. Quid est impudentia?** Si fur cuidam advocato furtum<sup>1</sup> facit<sup>1</sup> deprehenditurque, postea tamen advacatum, qui detrimentum<sup>2</sup> acceperat<sup>2</sup> ut, patronus suus sit, rogar.

**2. Appellatio<sup>3</sup> litterarum<sup>3</sup> Britannica.** Ludovicus Ábel, popularis noster in Britanniam emigravit, — sed mox redire coactus est,<sup>4</sup> quia — ut ipse narrat — nomen sibi malum perpetuum inferebat: «Scripsi me Ábel, appellatus sum Ebel — scripsi me Ebel, appellatus sum Ibel; tandem me Britannis potiorum<sup>5</sup> fore putans scripsi nomen Ibel, sed tunc lectum est Ajbel. Id ferre diutius non potui, ideo

patriam Britannorum incomprehensibilem<sup>6</sup> relinquare decrevi.» *Joannes Sándor* disc. Szeghalomensis.



Cornu de Leel duce nominatum.

**3. Hortorum custos:** «Consiste, docebo te poma furari!»<sup>7</sup> *Cingarus*:<sup>8</sup> «Supervacaneum<sup>9</sup> est. Etiam sine eruditio scio.»

**4. Emptor:** Est-ne hic canis fidus? — *Rusticus*: Vere est. Iam ter vendidi et semper reddit.

**5. Quis sit, pater, salaputium<sup>10</sup>?** — Cui una cerasus — colocynthis citrullus<sup>11</sup> est.

*Josephus Kapay* disc. Tatanus cl. V.

**6. Thomas ad concentum<sup>12</sup> symphoniacorum<sup>12</sup>** ducitur. Aliquantum temporis tacens attente audit. Postea digito ducem<sup>13</sup> chorii<sup>13</sup> demostrans voce contenta constituit: «Vir moderatus est.» — «Quid<sup>14</sup> modestus dicis?»<sup>14</sup> rogat mater. — «Quia semper quidem hominibus suis minitatur»,<sup>15</sup> — respondet Thomas, — verumtamen neminem ferit.

*Franciscus Fazekas* disc. Ujpestinensis.

**7. Dominus misit servum suum, ut agrum a mane<sup>16</sup> usque ad vesperum coleret.** Ad meridiem dominus exit in agrum, nam volebat videre servum in labore. Calor solis vehemens erat et servus dormiens in umbra arboris repertus est.<sup>17</sup> «Babae!<sup>18</sup> homo impudens, tu hic dormis? Tu non es dignus luce solis! — dicit dominus. — «Hoc scio valde bene — respondit servus — nam propter id ipsum occupavi hunc umbrosum locum.»

*Cs. Döry* disc. gymn. Acad. Budapestinensis.

**8. Dialogus Szegedinensis:** Malum<sup>19</sup> paradisiacum<sup>19</sup>: Dic, domine Capsicum,<sup>20</sup> quid superbias?<sup>21</sup> *Capsicum*: Adhuc rogas? Mihi acceptum<sup>22</sup> referre<sup>22</sup> possum professorem Szentgyörgyi Nobeliano praemio ornatum.

**9. Magister:** Quid hominis vis fieri, mi fili? — *Nebulo*: Magus<sup>23</sup> fieri volo. — **Magister:** Cur vis

<sup>1</sup> meglop = bestehlen = voler    <sup>2</sup> kártya szenvéd = Schaden erleiden = éprouver un dommage    <sup>3</sup> kiejtés = Aussprache = prononciation    <sup>4</sup> kényszerül = gezwungen werden = être contraint    <sup>5</sup> melior, dignior    <sup>6</sup> megfoghatatlan = unbegreiflich = incompréhensible    <sup>7</sup> lopni = stehlen = voler    <sup>8</sup> cigány = Zigeuner = bohémiens, tzigane    <sup>9</sup> felesleges = überflüssig = superflu    <sup>10</sup> Hüvelyk Matyi = Däumling, Zwerg = petit bout d'homme    <sup>11</sup> görög dinnye = Wassermelonie = melon d'eau    <sup>12</sup> hangverseny = Konzert = concert    <sup>13</sup> karmester = Kapellmeister = chef d'orchestre    <sup>14</sup> mit értesz m.-on? = was verstehst du unter m.? = qu'entendez-vous par    <sup>15</sup> fenyeget = drohen = menacer    <sup>16</sup> reggel = Morgen = matin    <sup>17</sup> megtalál = finden = trouver    <sup>18</sup> teremtette! = potz tausend! = bigre    <sup>19</sup> paradicsom = Tomate = tomate    <sup>20</sup> paprika = Paprika = piment    <sup>21</sup> fenn hordja az orrát = er trägt die Nase hoch = s'enorgueillir    <sup>22</sup> javamra írni = gut schreiben = porter à l'actif    <sup>23</sup> bűvész = Zauberer = enchanteur

magus fieri? — *Nebulo*: Nam, si magus essem, magistrum in fringillam<sup>24</sup> canariam<sup>24</sup> mutarem, et fenestram aperirem.

*Ladislaus Keleti* disc. gymn. IPEA,

<sup>24</sup> kanári madár = Kanarienvogel = canari

## LECTORIBUS MEDIIS

### Salse dicta.

**1. De Germano et Gallo.** Napoleon diebus imperii sui, quod nominatur centum dierum, circulum invitatorum ambiens in convivio aulico cum ad novum Germanorum legatum cum uxore adstantem venit, a capite usque ad syrma<sup>1</sup> perspiciebat pulchram mulierem statura longiusculae,<sup>2</sup> cuius vestis non erat bellissima, atque clara voce dixit ei: «Domina! Videris vere germanica esse». Uxor legati erubuit<sup>3</sup> pudore et respondit: «Maiestas autem vestra nullo modo videtur Gallus esse».

**2. De conscientia<sup>4</sup> amici.<sup>4</sup>** Carolus Valentin actor<sup>5</sup> scenicus Germanorum clarissimus, aliquando, ut<sup>6</sup> fabulam<sup>6</sup> edoceretur,<sup>6</sup> sero advenit. Iam duodecima hora erat tum, non decima. «Horrible! — exclamavit doctor<sup>7</sup> scenicus<sup>7</sup> — loco ego tuo iam non advenissem». «Tu es alias! — respondit Valentin, — sed ego habeo conscientiam animi iustum.»

*Aurelia Csató* disc. Nagykörösiensis.

**3. De dolo Argenson ministri.** Tempore Ludovici XV in urbe Parisiis mos erat, ut feminae currus agerent. Sed feminae negligenter<sup>8</sup> et stulte agebant, ita ut plurimis damnum inferrent.

Ergo Ludovicus rege iubente Argenson minister feminis, ne bigas<sup>9</sup> agerent vetare voluit. Hoc ius feminarum Argenson ut ad irritum<sup>10</sup> redigeret,<sup>10</sup> fraudulentam legem constituit: «Edico, ut bigas tantum feminae iam plus quam triginta annos natae agant.» Et post in tota urbe nulla femina erat, quae bigis urbem Paridis percurrere vellet.

*Adalbertus Tomaskó* gymn. Acad. Budapestinensis.

**4. Talleyrand,** clarissimus ille Francogallus, rerum<sup>11</sup> civilium<sup>11</sup> peritus<sup>12</sup> moriturus<sup>12</sup> rege ad se vocato questus est se dolores locorum<sup>13</sup> infernorum<sup>13</sup> pati. Rex, qui homo ingeniosus erat, sic respondit: «Iam nunc?»

*Agnes Kónyi* disc. Kaposvariensis.

<sup>1</sup> uszálly(os ruha) = Schleppkleid = robe à traîne  
<sup>2</sup> meglehetős hosszú = ziemlich lang = assez long    <sup>3</sup> elpirul = erröten = rougir    <sup>4</sup> lelkismeret = Gewissen = conscience    <sup>5</sup> színész = Schauspieler = acteur    <sup>6</sup> a színházi próbára = zur Teaterprobe = à la répétition d'une pièce de théâtre    <sup>7</sup> rendező = Regisseur = régisseur    <sup>8</sup> gondatlanul = unachtsam = sans soin    <sup>9</sup> kétfogatú kocsi = Zweigespann = voiture à deux chevaux  
<sup>10</sup> meghiúsít = vereiteln = déjouer    <sup>11</sup> államférfi = Staatsmann = homme d'État    <sup>12</sup> halálos ágyán = auf dem Sterbebett = étant sur le point de mourir    <sup>13</sup> pokoli = höllisch = infernal

## Macrobius: De Augusto Principe. <sup>(3)</sup>

*Guilelmus Marczis* prof. Rákócziáni Budapestinensis.

17., Sublimis<sup>1</sup> Actiacā victoriā Augustus revertebatur. Inter gratulantes ei quidam occurrit corvum<sup>2</sup> tenens, quem instituerat haec dicere: «Ave Caesar, victor imperator!» Caesar miratus officiosam<sup>3</sup> avem viginti milibus nummorum emit. Socius opificis, ad quem nihil ex illa liberalitate pervenerat, Caesari affirmavit illum habere et alium corvum, quem ut afferre cogeretur, rogavit. Allatus haec verba, quae didicerat, expressit: «Ave victor imperator Antoni!» Nihil exasperatus<sup>4</sup> satis duxit<sup>5</sup> iubere illum dividere donativum<sup>6</sup> cum contubernali.<sup>7</sup>

18., Similiter salutatus a psittaco<sup>8</sup> emi eum iussit. Idem miratus in pica<sup>9</sup> hanc quoque redemit. Exemplum sutorem<sup>10</sup> pauperem sollicitavit, ut corvum institueret ad parem salutationem. Sed inpendio<sup>11</sup> exhaustus<sup>12</sup> saepe ad avem non respondentem dicere solebat: «Opera et impensa<sup>13</sup> periit». Aliquando tamen corvus dictatam salutationem dicere coepit. Hac auditā, dum transit Augustus, respondit: «Satis domi salutatorum talium habo». Superfuit<sup>14</sup> corvo memoria<sup>14</sup> ut et illa, quibus dominum querentem solebat audire, subtexeret:<sup>15</sup> «Opera et impensa periit». Ad quod Caesar risit emique avem iussit, quanti nullam adhuc emerat.

19., Nomenclatori<sup>16</sup> suo, de cuius oblivione saepe querebatur, dicenti: «Numquid ad forum mandas?» — princeps: «Accipe, — inquit, — commendacicias,<sup>17</sup> quia illic neminem nosti».

20., Cum Caesar de obscuritate<sup>18</sup> purpurae Tyriae, quam emi iusserat, quereretur, dicente venditore:<sup>19</sup> «Erige altius et suspice», his usus est salibus:<sup>20</sup> «Quid, ego, ut me populus Romanus dicat bene cultum, in solario<sup>21</sup> ambulaturus sum?»

21., Aes alienum Augustus cuiusdam senatoris sibi cari non rogatus exsolverat numerato<sup>22</sup> quadragies.<sup>23</sup> At ille pro gratiarum actione hoc solum ei scripsit: «Mihi nihil (scilicet: dabis?)»

22., Cum multi Severo Cassio accusante absolverentur<sup>24</sup> et architectus fori Augusti exspectationem operis diu traheret,<sup>25</sup> ita princeps iocatus est: «Velle, Cassius et meum forum accuset».

<sup>1</sup> dicsőségesen = glorreiche = glorieux    <sup>2</sup> holló = Rabe = corbeau    <sup>3</sup> szolgálatkész = dienstfertig = serviable    <sup>4</sup> felháborodva = erbittert = exaspéró    <sup>5</sup> vélni = meinen = estimer, juger    <sup>6</sup> pénybeli ajándék = Geldgeschenk = cadeau en argent    <sup>7</sup> cimbora = Kamerad = camarade    <sup>8</sup> papagály = Papagei = perroquet    <sup>9</sup> szarka = Elstér = pie    <sup>10</sup> cipész = Schuster = cordonnier    <sup>11</sup> szerfölött = ausserordentlich = autre mesure, trop    <sup>12</sup> kimerülve = erschöpft = épuisé    <sup>13</sup> költség = Aufwand = dépense, argent    <sup>14</sup> még emlékezett = erinnerte sich noch = il se rappelait encore    <sup>15</sup> hozzáfűzni = (in der Rede) anfügen = ajouter    <sup>16</sup> megnevező = Namennener = nomenclateur    <sup>17</sup> t. i. litteras: ajánló levél = Empfehlungsschreiben = lettre de recommandation    <sup>18</sup> sötét szín = dunkle Farbe = couleur foncée    <sup>19</sup> árus = Verkäufer = marchand    <sup>20</sup> élces szavak = feiner Witz = mots spirituels    <sup>21</sup> napos erkély = sonniger Erker = balcon ensoleillé    <sup>22</sup> készpénzben = in barem Gelde = au comptant    <sup>23</sup> centena milia sestertiorum = 4,000.000    <sup>24</sup> szójáték = Wortspiel = jeu de mots, calembour; felmenteni: befejezni = freisprechen: vollenden = absoudre: remplir    <sup>25</sup> halogatni = aufschließen = renvoyer, ajourner

23., Non est intermittendus<sup>26</sup> sermo eius, quem Catonis honori dedit. Venit forte in domum, in qua Cato habitaverat. Dein Strabone<sup>27</sup> in adulatio- nem<sup>27</sup> Caesaris male existimante de pervicacia<sup>28</sup> Catonis ait: «Quisquis praesentem statum civitatis commutari non volet, et civis et vir bonus est». Satis serio et Catonem laudavit et sibi, ne quis affectaret<sup>29</sup> res<sup>30</sup> novare,<sup>30</sup> consuluit.

<sup>26</sup> említés nélkül hagyni = ohne Erwähnung lassen = omettre <sup>27</sup> hízelgés = Schmeichelei = flatterie <sup>28</sup> nya-kasság = Hartnäckigkeit = entêtement <sup>29</sup> törekedni = anstreben = s'efforcer <sup>30</sup> a jelenlegi alkotmányt meg-változtatni = die bestehende Verfassung verändern = changer la constitution en vigueur

## De hilaritate risuque leni. <sup>(2)</sup>

Scripsit Carolus Puffy Huszár. Latine reddidit ex periodico  
«Új Idők» Aladarius Kővári Kaposváriensis.

Credite mihi quemque nostrum libentius spectare circa se gratiore et hilariores et subridentes mortalia, quam qui «homines vultus marmorei<sup>1</sup> vocantur.

Consodali meo gratissimo in urbe Hollywood diu hilaritas quaestui<sup>2</sup> erat.<sup>2</sup> Nil aliud negoti habebat, quam ut manē<sup>3</sup> ridenti ac laeto vultu praesidem venientem opperiretur<sup>4</sup> eumque salvere<sup>5</sup> iuberet<sup>5</sup> et nocte, redeunti, serena cum hilaritate vale dicteret. Et ingressus est iter dignitatum! Praeses, quo saepius hilaritate eius frueretur, prius ut scribam<sup>6</sup> ab epistulis<sup>6</sup> sibi assumpsit, postremo generalis rerum gerendarum procurator factus est. At singulis gradibus procedentem defecit laetitia et destitutus risus. Postremo ipse evasit tristissimus ille procurator generalis vultus marmorei et nunquam ridens, qui iam sibi ipse laetificatorem


lente ridentem quaereret, a quo hilaritas sua divindita reduceretur et quantulumvis laetitiae inscriptum<sup>7</sup> in suam ipsius vitam contrastatam importaret.<sup>7</sup>

O quotiescumque mihi dixit: «Tu, non amplius iam nervos sustineo! Tantum mihi quaestu comparo, quantum lubet, sed quid id mihi prodest? Vitā careo. Vendideram et nunc video, quam male extruserim.<sup>8</sup> Quantumvis quaestu comparem, nunquam tantum conficere<sup>9</sup> potero, quo illam meam hilaritatem laetificantem redimere possim. Nam tanta pecunia non est. Ut velim iterum ante tabellarium<sup>10</sup> stare securāque et laetissimā buccā<sup>11</sup> praeisdem miserum nervisque obtritum salvere iubere! Quam pluris est omni progressu<sup>12</sup> honorum<sup>12</sup> mundi omnique successu hilaritas illa mera et alacris ex animo profusa!»

Quantum vim hilaritas in vita humana habeat, maxime probat contentionibus<sup>13</sup> virium<sup>13</sup> quaestūs<sup>14</sup> illius, qui delectatorius<sup>14</sup> nominatur. Quam multi directorum theatrum, actorum scenariorum, cantorum, scurrarum<sup>15</sup> mentem suam intendent, quanam ratione populus hilarior reddatur!

Quam multi pereunt, ut hominibus risum<sup>16</sup>

<sup>1</sup> pléhposjú = mit ausdrucksloser Miene = à la figure impassible <sup>2</sup> volt a kenyere = wurde zur Erwerbsquelle = gagne-pain <sup>3</sup> reggel = morgens = le matin <sup>4</sup> megvární = warten auf = attendre <sup>5</sup> jó reggelt kíván = guten Morgen wünschen = donner le bonjour <sup>6</sup> magántikár = Privatsekretär = secrétaire particulier <sup>7</sup> csempészni = schmuggeln = passer en contrebande <sup>8</sup> elkötövetyél = loswerden = gaspiller <sup>9</sup> szerezni = verschaffen, auftreiben = acquérir <sup>10</sup> irodá = Kanzlei = bureau <sup>11</sup> pofa = Backe = joue <sup>12</sup> elöléptetés = Karriere = carrière <sup>13</sup> erőfeszítés = Kraftaufwand = effort <sup>14</sup> derítő üzlet = Erheiterungsgeschäft = le métier d'égayer les gens <sup>15</sup> bohóc = Possenreißer = clown <sup>16</sup> megnevettet = zu lachen nötigen = faire rire



Descriptio altaris ad Congressum Eucharisticum Budapestinensem aedificandi.

excutiant!<sup>16</sup> Quot homines iocosi sunt tristes effecti acute<sup>17</sup> excogitando<sup>17</sup> facetias! Cuius rei mihi ipse videor auctor potissimus, qui in urbe Hollywood centum saltem et quinquaginta mimos<sup>18</sup> unius vel duorum actuum scripserim hac sola redactus, ut aliquid subridendi vel minimulum ridendi millionibus spectatorum eliceremus.<sup>19</sup> Sed ut bene eveniat id, quod in pellicula<sup>20</sup> appariturum est, saepe acerbitate infinitā constat<sup>21</sup> et nonnumquam cum periculo mortis coniunctum est.

Cum sescenti in Chaplinum simul irruunt; cum idem curru citato scutellam<sup>22</sup> manu tenens excidit; cum inter machinas agitatas reptat serpitiique; cum machinæ<sup>23</sup> cibatoriæ<sup>23</sup> cibus ei in os impulsatur et scriblitae<sup>24</sup> in vultum feriuntur — quod spectator tantum ridet, — tum nullo modo evitari potest, quin etiam actori aliquot alapae<sup>25</sup> verisimiae dentur tumoresque verissimi capite exoriantur.

(Continuabitur.)

<sup>17</sup> kiagyalni = ausklügeln = inventer      <sup>18</sup> boházat  
 = Posse = farce      <sup>19</sup> (kicsal) fakaszt = entlocken =  
 arracher      <sup>20</sup> film      <sup>21</sup> kerül vmbibe = es kostet = couter  
<sup>22</sup> tálcá = Tablette = plateau      <sup>23</sup> etetőgép = Fütterungs-  
 maschine = machine à nourrir      <sup>24</sup> torta = Torte = tourte  
<sup>25</sup> pofon = Ohrfeige = gifle



**Deversorium<sup>1</sup> Classicorum.** Gubernator Romae, Bottai, deversorium Romanum antiquissimum in ripa Tiberis situm, «Albergo dell'Orso», *«Deversorium de Ursu»<sup>2</sup>* nominatum restaurandum curat. Ibi circa annum 1300. poëtam illum *Dante* habitavisse tradunt. Sed iam saeculo XVI deversorium illud in usu fuisse constat. Anno 1580. pridie Calendas Decembres ille praeclarus Michaelus *Mon-*



Angelus Nuntius in bello gentium.

*taignus* huc deversus est.<sup>3</sup> Etiam *Goethe*, cum primo Romae moraretur, hic habitavisse traditur.

*Dion. Kövendi, Kúnszentmiklósiensis.*

**Beatrix** *principissa* non in urbe Amstelodamo nata est — ut in fasciculo VI pag. 83 scripsimus — sed in palatio Baarniensi Guilelmiae reginae intermissis<sup>4</sup> 30 chiliometris<sup>4</sup> ab Amstelodamo. Pro correctione, quam doctor *E. Moscow* ad nos miserat, lectori nostro carissimo gratias quam maximas agimus.

**Gabriel Nuntius** (= d'Annunzio) clarissimus Italiae poëta 75 annos natus inopinato mortem<sup>5</sup> obiit.<sup>5</sup> Poëta diu opera acatholica ab Ecclesia non probata scripsit. In bello gentium non solum ut novus Tyrtaeus carminibus cives suos contra hostes inflammavit, sed nomine<sup>6</sup> dato<sup>6</sup> etiam ipse miles stipendum meruit. Bello finito Hungarisi, olim hostibus, postea amicis Italorum haec dixit : «Vesta iura coram Woodrow Wilson praeside Civitatum Confoederatarum Americanarum ego primus defendebam pacique Trianonicae acriter repugnabam.<sup>7</sup> Iam saepius vobis obieci<sup>8</sup> negligentiam, quod obliviscimini illorum «Surge Hungare !» verborum Petöfianorum. Nolite quiescere ne momentum quidem temporis, dum fines vestros recuperetis. Quod si feceritis, etiam ossa Alexandri Petöfi invenire poteritis.»

In Hispania nationalistae, quorum navis bellica nomine «Baleares» pyrobelos<sup>9</sup> aëronautarum hostium icta et summersa est, oppidum Belchitem cuperunt defensoresque fugaverunt.

In California magnae regiones inundatione affligebantur. In oppido Hollywood officinae societatum pellicularium<sup>10</sup> omnes aquā inundatae sunt. Villae autem actorum<sup>11</sup> actriciumque<sup>11</sup> primorum<sup>11</sup> pellicularium luxuriose aedificatae a latronibus expoliantur. In urbe Angelis (Los Angeles) tubus<sup>12</sup> gasi<sup>12</sup> explosus domos proximas inflammat. Plus 30 milia hominum sine tecto sunt, damnum 500 centena milia (50,000.000) dollarorum superat.

**Lumen nocturnum a septemtrionibus** *oriens*<sup>13</sup> nuper in Europa media apparuit. Ut solet, homines eruditii spectaculo admirantes fruebantur, inulta et superstitionis plebs attonita lumen septentrionale pestis, belli aliorumque malorum omen esse putat.

**Australia** annum coloniae Anglicae conditae 150 celebrat, a. enim 1788 Arturius Philipp nauar-chus<sup>15</sup> navi «Supply» nominatā vectus ad Portum Jackson appulit<sup>16</sup> et coloniam New South Wales condidit. Primum fures, latrones, sicarii<sup>17</sup> aliique homines malefici in Australiam deportati sunt. Nu-


<sup>1</sup> szálloda = Hotel = auberge <sup>2</sup> medve = Bär = ours  
 megszáll = einkehren = descendre, loger <sup>3</sup> harminc  
 km-nyi távolságban = in einer Entfernung von 30 km  
 = à une distance de 30 km <sup>4</sup> elhúnyt = verschied  
 = mourut <sup>5</sup> katonának jelentkezni = sich zum Kriegs-  
 dienst melden = s'engager dans l'armée <sup>6</sup> ellenezni =  
 sich widersetzen = s'opposer <sup>7</sup> szemrehányást tesz =  
 Vorwürfe machen = faire des reproches <sup>8</sup> bomba =  
 Bombe = bombe <sup>9</sup> Film = Star = étoile <sup>10</sup> gáz-  
 cső = Gasröhre = tuyau de gaz <sup>11</sup> északi fény = Nord-  
 licht = aurore boréale <sup>12</sup> babonás = abergläubisch =  
 superstition <sup>13</sup> hajóskapitány = Schiffskapitän = capi-  
 taine du navire <sup>14</sup> kikötni = landen = abordir <sup>15</sup> or-  
 gyilkos = Meuchelmörder = assassin



mero colonorum paulatim crescente Australia magnum firmamentum atque munimentum provinciarum orientalium Britanniae facta est.

**Novus rerum status ex Austria,** cum iam hic fasciculus sub prelum<sup>18</sup> missus erat, nuntiatur. Schuschnigg cancellarius et mox Miklas praeses quoque magistratu se abdicaverunt, socialistae nationales rerum<sup>19</sup> potiti<sup>19</sup> Hitlerium ducem militesque e Germania advenientes ubique maximo cum gaudio atque acclamatione «Unus populus, unus imperium, unus dux» accipiunt. Hitlerius dux primum domum, ubi natus erat, et sepulcrum parentium adiit, deinde urbes maiores ambiens renovavit vincula fraternitatis dehinc iam illacerabili,<sup>20</sup> quibus Austriaci cum Germanis coniungentur. Quamquam novus cancellarius Seyss-Inquart declaravit Austriam abhinc partem Germaniae fore, tamē mense Aprili etiam populi<sup>21</sup> scitus<sup>21</sup> de his rebus fiet. Hitlerius telegrammate gratias egit Mussolini duci, nam sine Italia Britannia et Francogallia non possunt impedire, quominus Austria Germaniae adiungatur.

<sup>18</sup> sajtó = Presse, Druckerei = presse <sup>19</sup> a hatalmat átvenni = die Macht ergreifen = s'emparer du pouvoir  
<sup>20</sup> elszakíthatatlan = unerreisslich = qu'on ne peut déchirer  
<sup>21</sup> népszavazás = Volksabstimmung = plébiscite



Perth urbs et sedes Australiae occidentalis.

— Rheda utar, quam in tugurio<sup>12</sup> vestro locari iussi.

Terentia dein curabat, ut servus, qui rhedam acturus esset, in cella familiarica detentus affatim ederet largeque biberet. Caesar animum contumacis mulieris quounque modo commoturus sermonem seruit a Aegypto: «Flumina Nili fossilia,<sup>13</sup> — inquit, — arenis utcunque obruta sunt, ad quae restituenda magnae pecuniae erunt conferendae.»

Terentia, quam haec minime delectabant, longas traxit<sup>14</sup> oscitationes.<sup>14</sup> Mamurra statim interfatur: «Hercle, tibi ipsi, Terentia, in Aegyptum proficiscendum est. Quam delicatus cultus! quae suavitas morum! quam exquisitae deliciae! quot voluptates! quam iucunde, quam laute, quam libere ibi vivitur! Adde, quod omnia modum iustum excedunt, ut hippopotami<sup>15</sup> rostris resimis<sup>16</sup>, dentibus aprorum aduncis, tergoris ad scuta impenetrabilis. Qui cum inhient, in faucibus eorum apothecam<sup>17</sup> condi et nostrum adhuc Ciceronem addi posse credas, unde luculentam orationem habeat.»

Ex qua descriptione Terentia magnam percepit voluptatem. Cicero autem affirmabat se multis<sup>18</sup> partibus<sup>18</sup> apothecam malle.<sup>18</sup> «Et fontes Nili, carissime, — adiecit graviter Caesar, — quos

## Caesarem a Cicerone hospitier exceptum esse. (7)

Ad fabulam Th. Birtii latine libere tradidit Aemilius Láng  
O. Praem. Keszhelyensis.

In porticu, quae in aperta<sup>1</sup> iucundissimum prospectum praebebat, omnes consedentes colloquia inter se serebant. Fervidum aestum frigidus maris afflatus temperat. Aér plenus est suavitatis odorum ex daphnone,<sup>2</sup> rosariis et violariis afflatorum, qui cum halitu liliorum in dolii<sup>3</sup> fictilibus<sup>3</sup> florentium miscentur. Mons Vesuvius, cuius clivi olivetis et vitibus nobilissimis vestiti sunt, aetherio vertice superat nubes. Amoena,<sup>4</sup> quantum oculis ea terminare queas, luce aestiva micant splendentque. Sol paululum a meridie iam devexus est, cum gustatio<sup>5</sup> a servis affertur: lactuca,<sup>6</sup> lacerti<sup>7</sup> rutati<sup>7</sup> cum ovis sectis, salsa menta,<sup>8</sup> squillae<sup>9</sup> et conchyliae.<sup>10</sup> Puer pro mulso<sup>11</sup> vinum Lesbium convivis ministrat. Terentia nunc quoque urbanam servabat loquendi rationem: «Pernotabisne apud nos, Caesar? In villa cuncti comites collocari possunt.»

— Benigne, — respondit Caesar. — Advesperascente coelo inde mihi redeundum erit.

— Equo an curru veheris?

<sup>1</sup> a szabadba = ins Freie = au large <sup>2</sup> babérerdő = Lorbeerwäldchen = bosquet de lauriers <sup>3</sup> agyagedény = Tongefäß = vase d'argile <sup>4</sup> mosolygó tájék = lachende Gegend = paysage riant <sup>5</sup> előétel = Vorgericht (Vorkost) = hors d'oeuvre <sup>6</sup> saláta = Gartensalat = laitue <sup>7</sup> rutával (keserű növ.) készített hal = mit Raute (bitteres Kraut) eingemachter Fisch = poisson assaisonné de rue <sup>8</sup> besój-zott (beecetelt) hal = eingesalzener (marinierter) Fisch = poisson mariné <sup>9</sup> tengeri rák = Seekrebs = espèce de crabe <sup>10</sup> osztriga = Austern = huître <sup>11</sup> mézes bor = Wein mit Honig = vin mêlé avec du miel <sup>12</sup> kocsiszín = Schuppen = remise <sup>13</sup> csatornák = Kanäle = canaux <sup>14</sup> ásit = gähnen = bâiller <sup>15</sup> vízilő = Nilpferd = hippopotame <sup>16</sup> felfelé görbült = aufwärts gebogen = recourbé <sup>17</sup> borpince = Weinkeller = cave <sup>18</sup> sokkal inkább szeretni = vielmehr mögen = préférer de beaucoup

explorare mei maxime operis esse credo. Adverso Nilo navigavi longe ultra cataracten<sup>19</sup> usque ad Pygmaeos<sup>20</sup> Duo flumina sunt, quae ex interioribus regni . . .

Iocosus Mamurra in risus effusus Caesari sermone incidit : «Haec fuit navigatio illa memorabilis, in qua Philis<sup>21</sup> foribus templi Osiridis reclusis claustra arcae<sup>22</sup> laxavimus, dum sacerdotes feles<sup>23</sup> sacras cibabant. Et pol ne nunc quidem spicantur, quanti ea ipsa pastio sibi constituit.»

Brutus ut molestiam, qua praesentes ex Mamurrae narratione affecti essent, mitigaret, loquenter interpellavit : «Africa est infinitas locorum nondum patefactorum. Nihil est sublimius immensitate mundi, nihil sanctius fontibus abditis fluminum, qui similes sunt origini vitae nostrae.»

Caesar magno cum fragore contudit testam<sup>24</sup> squillae : «Velle haberem diligentem sollertemque geographum, alterum Eratosthenem, virum geometriae haud imperitum, darem ei comitatum



Triclinium.

decem milium hominum, ut fontes Nili exploraret. Globum terrae, quem administramus, cognitum habeamus oportet! Quae cum diceret, toto habitu augustam gravitatem prae se ferebat. Oculi nigri sub fronte lato in pallido ore pergamenae simillimi ut carbones vivi adrebant scintillabantque. Fontes Nili explorare, orbem terrarum cognoscere atque in ditionem Romanorum redigere, annum ad solis cursum accommodare : hae fuerunt quaestiones magnae, quae mentem et rationem eius occupatas habebant.

Gustatione consumpta aderat tricliniarcha, ut nunciaret tempus esse discumbendi. Cuncti surrexerunt, ut transirent in triclinium satis spatioum, ubi lucernae iam accensae erant. Locus columnis in duas partes fuit divisus ; sinistra triclinium, dextra vero stibadium<sup>25</sup> semirotundum erat positum. Nutu domini servi discubitus soleas dempserunt inque manus eorum aquam infundebant. Quibus peractis Terentia ipsa ordinem discumbendi constituit. In duobus tricliniis tribuni militares discubuerunt, inter quos locum consulararem Mamurra occupavit ; a dextra eius summus in imo accubuit Tiro et infra medicus domesticus. In dextro cornu stibadii accubuit Caesar, infra Cicero et Ventidius ; in sinistro cornu Terentia, infra Brutus.

(Continuabitur.)

<sup>19</sup> zsilip = Schleuse = écluse    <sup>20</sup> Homines Indiae fabulosi qui, ut Gellius scribit, non ultra duos pedes cum dimidio longi sunt    <sup>21</sup> insula parva a Nilo formata    <sup>22</sup> pénzszekrény = Geldkasten = cassette (d'argent)    <sup>23</sup> macska = Katze = chat    <sup>24</sup> héj = Schale = carapace    <sup>25</sup> Lectus in forma semi-circuli mensae rotundae accommodatus

=====

## Duae epistolae ex archivo<sup>1</sup> ordinis Scholarum<sup>2</sup> Piarum<sup>3</sup> Pestinensium.

Scripsit Ios. Guelmino Budapestinensis.

Natura hominis semper prona<sup>4</sup> erat ad vettum.<sup>4</sup> Catenatam<sup>5</sup> sensit igitur seipsam legibus divinis, quae mala facere semper vetabant. Circumspectit ergo, quomodo catenas rumpere, quomodo se legibus istis liberare posset. Levissime ita, si probabit<sup>6</sup> leges istas dubias esse. Legibus scilicet dubiis nemo tenetur.<sup>7</sup> Et ut hoc fieret, primum fides<sup>8</sup> philosophiae abrogaretur<sup>8</sup> necesse erat. Philosophia scilicet via recta est ad veritatem, ad leges. Et si destructa erit via, nec ad leges perveniri poterit. Proinde cum philosophia etiam leges eversum iri manifestum erat.

Philosophia autem aequae ac leges ex ore Ecclesiae audiebantur. Nolite ergo Ecclesiam audire, — clamabant ii, qui id moliebantur,<sup>10</sup> ut leges divinas destruerent, — vos ipsi cognoscere potestis, quid sit verum, quidque faciendum. Quoniam autem quicunque libertissime facit, quod cupit, non veritas, sed cupiditas coepit regnare in<sup>11</sup> homines. Non quid liceret, sed quid quisque facere posset : facta est norma faciendi. Et homines diberati, incontenti rebus suis, oblii sunt ridere, non quid haberent, sed quid habere, quid rapere possent meditantes. Et exarsit bellum omnium contra omnes. Historia docet seditionem<sup>12</sup> Gallicam inde ortam esse. Quando libertatis erat<sup>13</sup> libertatem omnibus adimere, aequalitatis<sup>14</sup> erat omne ius pedibus calcare,<sup>15</sup> et fraternitatis erat fratres occidere. Quando non solum innocui<sup>16</sup> et impuberis, sed etiam infantes quoque necabantur, et queaque vox incauta dicta securim provocabat sibi. Cum lupis unu ululare, unica libertas remansit.

Hoc tempore etiam in patria nostra erant, qui a vero abducti<sup>17</sup> ideis novis favebant, sed erant sobrii<sup>18</sup> quoque, qui cum angore videbant res ad interitum ruere,<sup>19</sup> timebant futurum et patriae. De

<sup>1</sup> levélér = Archiv = archives    <sup>2</sup> piarista = Piaristen = piariste    <sup>3</sup> hajlamos = geneigt = enclin    <sup>4</sup> tilos dolog = das Verbotene = chose défendue    <sup>5</sup> leláncolva = gefesselt = enchaîné, garrotte    <sup>6</sup> bebizonyítani = beweisen = démontrer    <sup>7</sup> kötelez = binden = engager    <sup>8</sup> hitelez elenni = den Glauben versagen = perdre son crédit    <sup>9</sup> megdönt, felforgat = umstürzen = renverser    <sup>10</sup> fáradozni = sich bemühen = s'efforcer    <sup>11</sup> az emberekben = über die Menschen = sur les hommes    <sup>12</sup> forradalom = Revolution = révolution    <sup>13</sup> az volt a szabadság, hogy = es galt für Freiheit = passer pour de la liberté    <sup>14</sup> egyenlöség = Gleichheit = égalité    <sup>15</sup> lábbal tiporni = mit den Füßen treten = fouler aux pieds    <sup>16</sup> ártatlan = unschuldig = innocent    <sup>17</sup> félrevezetve = irregeführt = induire en erreur, tromper    <sup>18</sup> józan = nüchtern = sobre    <sup>19</sup> romlásnak indul = sich ins Verderben stürzen = se ruiner

his rebus testimonium perhibent duae epistolae, in archivio ordinis Scholarum Piarum Pestinensium repertae. Quarum prima responsum continet ad nepotem, qui in schola diligenter discit, et omnibus in rebus exemplo habet avum,<sup>20</sup> qui sic respondet ei: «Carissime Nepos! Sis diligens et sinas virtutem in corde tuo altas radices<sup>21</sup> immittere<sup>21</sup>, maxime vero religionem. Nihil enim utilitatis afferent scientiae, nisi cum iis sit coniuncta religio. Tu scis me disputasse cum novellis<sup>22</sup> philosophis et huius memoriam statuo tibi perpetuam, tua enim salus in hac re unica pendet.»

Nepos disputationis illius mentionem facit in epistola secunda: «Quidam iuvenis venit ad nostrum castellum; apud mensam<sup>23</sup> fit discursus de educatione iuventutis. Advena concludit debere eos a teneris<sup>24</sup> unguiculis<sup>24</sup> ad paganorum<sup>25</sup> philosophiam doceri, quā fiet, ut ideae eorum clarifcentur. Avus meus diu eum cum patientia audiebat, post quaerit ab eo, ubi ergo maneat religio. Tunc sapiens: hoc est, quo iuvenum animi per aeternam cathechisationem inutilibus rebus implentur. (Et cetera.) Ego semper infigebam oculos ad avum, quidnam ad haec esset dicturus. Observavi<sup>26</sup> ex vultu non placere ei hos sermones, tamen summā cum moderatione dedit responsum: «Nostri atavī<sup>27</sup> nequaquam<sup>28</sup> sunt tantum philosophati,<sup>29</sup> sed Christianus vixerunt. E nostra iuventute meros<sup>30</sup> paganos faciat, cui libuerit, dummodo me vivo principatum teneat religio».»

Hanc epistolam scripsit Franciscus Vörös. Avus eius Antonius Vörös erat. Ex hac stirpe est Ladislaus Vörös de Farád, olim minister rerum commercialium.

<sup>20</sup> nagyapa = Großvater = grand-père      <sup>21</sup> gyökeret  
vernī = Wurzel fassen = prendre racine, s'implanter  
<sup>22</sup> újdonsült = Neuling = frais émoulu      <sup>23</sup> étkezés közeben = beim Essen = au repas      <sup>24</sup> zsenge koruktól fogva = von der zarten Kindheit an = dès leur âge tendre  
<sup>25</sup> pogány = der Heide = païen      <sup>26</sup> megfigyel = beobachten = observer      <sup>27</sup> ösök = die Vorfahren = les ancêtres      <sup>28</sup> semmiesetre sem = keineswegs = nullement  
<sup>29</sup> bőlcseettel foglalkozni = der Philosophie obliegen = s'adonner à la philosophie      <sup>30</sup> merő, igazi = echt = véritable



## RES FEMINEAE.

### Testimonium<sup>1</sup> identitatis.<sup>1</sup>

Scripsit Nic. Szendrey. In Latinum conv. Maria Harangozó disc. Simigiensis.

Novi<sup>2</sup> Eboraci<sup>2</sup> Barnum rex pervulgandi<sup>3</sup> commendationes<sup>3</sup> fuit conductor seu suspector<sup>4</sup> philomelae<sup>5</sup> Suecicae<sup>6</sup>, Eugeniae (Jenny) Lindii. Quam in America tam sollerter apud populum



gratiosam reddidit, ut illa brevi tricies centena milia (= 3,000.000) dollarū sibi collegerit. Jenny Lind forte ex argentaria mensa,<sup>7</sup> ubi pecunia eius dispensabatur,<sup>8</sup> decem milia dollarorum promere voluit. Sed arcarius,<sup>9</sup> quia ei diffidebat eamque privatim non noverat, identitatem ab illa poposcit. Cum philomela Suecica testimoniales<sup>10</sup> litteras<sup>10</sup> secum non haberet, arcario identitatem poscenti satisfacere non potuit.

Licet arcarius proximā vesperā in odeo<sup>11</sup> adfuisset atque audisset cantica Lindii, tamen cantricem celeberrimam non agnovit. «Cantrix — inquit — est altior quam tu et non glaucos, sed nigros oculos habet.» Nec ūnum assem expendit.<sup>12</sup> Quam ob rem Jenny Lind summā irā est inflammatā. Primum igitur arcarium superbe et contemp-

<sup>1</sup> Személyazonossági igazolvány = Legitimationskarte = carte d'identité      <sup>2</sup> Newyork = reklám = Reklame = réclame      <sup>3</sup> impresszárió = Konzertunternehmer = impresario      <sup>4</sup> fülemüle = Nachtigall = rossignol      <sup>5</sup> svéd = schwedisch = suédois      <sup>6</sup> bank = Bank = banque      <sup>8</sup> kezel = verwalten = gérer      <sup>9</sup> pénztáros = Kassier = caissier      <sup>10</sup> igazoló iratok = Dokument, Beglaubigung = pièces d'identité      <sup>11</sup> opera = Opernhaus = opera      <sup>12</sup> énekesnő Sängerin = cantatrice      <sup>13</sup> folyósít = auszahlen = verser

## Certamen poeticum.

### Carmen sagittarii.

Carmen Friderici Schiller Latine verterunt:  
I. Otto Schmied, II. Franciscus Bauer Vindobonenses.

I.

Arcu et sagitta  
Venans scopulos  
Lustrat via cita,  
Cum coruscat ros.

Auras altas secat  
Milvus dominus,  
Monte, valle regnat  
Sagittarius.

Procul consecatur  
Arcu iaciens  
Et ab hoc captatur  
Volans ac repens.

II.

Pharetratus valles  
Venans permeat  
Mane aquae calles,  
Cum sol radiat.

Milvus ut regnator  
In aeribus,  
Saxi'st dominator  
Sagittarius.

Capit quae vagantur  
Volitania,  
Praedae ei dantur  
Et serpentia.

tim relinquere voluit. Mox sententiā mutatā noluit pudore suffusa abire. Subito faceta<sup>13</sup> cogitatio<sup>13</sup> ei occurrit. Processit in medium atrium et ante columnam constituit. Modulos<sup>15</sup> cantici<sup>15</sup> Agathae cantare coepit, quibus praeteritā vesperā tam frequentes plausus excitavit. Functionarii<sup>16</sup> et arcarii atque omnes, qui aderant, exsurgebant. Plus quam ducenti clarā atque sonorā voce philomelae Suecicae fruebantur. Auditores cantico finito «Vivat» clamitabant et plaudentes bacabantur. Rector mensae argentariae ad Jenny Lindium acceleravit et veniam<sup>17</sup> petivit.<sup>17</sup> Identitas cemonstrata erat.

<sup>14</sup> elmés ötlet = witziger Einfall = une idée plaisante  
<sup>15</sup> ária dallama = Melodie der Arie = la mélodie de l'air  
<sup>16</sup> hivatalnok = Beamter = employé <sup>17</sup> bocsánatot kérni = um Verzeihung bitten = présenter ses excuses

## Lotte.

Scripsit Henricus Lenkei. Latine vertit Georgius Kaul dr. Scopensis.

Vimarae,<sup>1</sup> in hortis Magni Ducis, anno 1804. pulchro vesperi autumnali Schiller, ille magnus poeta, ambulabat. Plurima secum meditabatur, nam cum «Demetrium», tragoediam suam paulo


ante incohata, cuius primus actus iam perfectus in mensa scriptoria iacebat, mente agitaret, hoc ipso die opus continuaturus<sup>2</sup> erat<sup>2</sup>. Studio labrandi eo magis incensus est, quod tristi animo suspicabatur se illud opus, quod etiam maius putabat, quam Tellum et Wallenstein, nunquam perficere posse. Quamquam medicus ipsum illud malum<sup>3</sup> pectoris<sup>3</sup> diutius perlaturum esse affirmabat, tamen parum sibi confidebat, cum quamvis immodice<sup>4</sup> sumpto chinino nunquam febri liberaretur et perpetuā tussi a spe,<sup>5</sup> quam<sup>5</sup> conceperat,<sup>5</sup> iterum ac saepius destitueretur.<sup>5</sup>

Etiam tun non nisi propterea sub divo morabatur, ut vires augeret, quasi<sup>6</sup> de<sup>6</sup> industria<sup>6</sup> neglectis monitionibus Lotta, quae dixerat caveret, ne ex frigore arborum morbo implicaretur. Iam, cum ventum acrius flare sentiret, longā paenulā celeriter clausā<sup>7</sup> et collo focali<sup>8</sup> obvoluto domum redire properavit. At cum in Foro<sup>9</sup> Mulierum,<sup>9</sup> quod dicitur, magnificam villam Goethianam praeteriret, paulisper constituit. Inexpectato quodam adspectu detentus est. Ad portam homines famulari veste ornati desidio vagabantur et ante portam pilenta<sup>10</sup> nobilia longo ordine ostentationis<sup>11</sup> causa<sup>11</sup> cum turba aurigarum substiterant.<sup>11</sup> Centum candelis praeclaris funeralibus<sup>12</sup> impositis cubicula illustrabantur. Tum ei in mentem venit Goetheum ad honorem Alexandri ab Humboldi, viri doctissimi, edere convivium vespertinum, ad quod totam familiam Magni Ducis et omnes principes urbis invitatos esse apparebat.

Nemo neglectus erat, nisi ipse Schillerus!

Ac subito tamquam pugione ictus consideravit Goetheum se nunquam ad talia convivia vespertina vocare, quin<sup>13</sup> etiam<sup>13</sup> rarissime cum ipso convenire, sed, quamquam domicilia eorum vix amplis centum passibus distarent, tamen malle secum habere<sup>14</sup> commercium<sup>14</sup> epistularum,<sup>14</sup> quibus uterque, quae cogitaret ac sentiret, scribebat et, quod sibi accidisset, cum altero communicabat. Quamquam hanc esse consuetudinem Goethei iam multos annos apparebat, tamen nunquam antea animus suus tam vehementi dolore affectus erat. Minui dignitatem suam subito existimavit eo, quod Goetheus se tam parvi faceret neque dignum haberet, qui inter convivas eius locum, qui sibi conveniret, obtineret. Cur ipse nunquam invitabatur, ipse, cuius ingenium cum ingenio Goethei et omnium convivvarum eius comparari posse nemo negabat? Nonne Goetheus ipse id in verbis et scriptis semper candidissime comprobabat? Unde fiebat, ut ille eum honorem, sicut operibus suis, non etiam sibi ipsi tribueret? An propter inopiam rei familiaris sua, vel quod facies sua rutilis<sup>15</sup> capillis, lippis<sup>16</sup>

<sup>1</sup> Weimar    <sup>2</sup> folytatni akarta = wollte fortsetzen = avait l'intention de continuer    <sup>3</sup> mellbetegség = Brustkrankheit = maladie de poitrine    <sup>4</sup> igen nagy adagokban = in übermässigen Dosen = par doses trop fortes    <sup>5</sup> éledező reménységét lelohasztotta = seine erwachenden Hoffnungen zunichte machte = détruire l'espoir qu'il a conçu    <sup>6</sup> szinte szándékosan = schier gewaltsam = presque exprès    <sup>7</sup> begombolni = zuknöpfen = boutonner    <sup>8</sup> sál = Schal = écharpe, cache-nez    <sup>9</sup> Frauenplan    <sup>10</sup> hintó = Equipage = calèche    <sup>11</sup> hivalkodni = paraderien = étaler un grand faste    <sup>12</sup> csillár = Kronleuchter = lustre    <sup>13</sup> sőt = sogar, ja = même    <sup>14</sup> levelezésben álni = Briefe wechseln = correspondre    <sup>15</sup> vöröses = rötlich = roux    <sup>16</sup> gyulladásos = entzündet = enflammé



Statua Gohei et Schilleri Wimariana.

oculis, genis<sup>17</sup> naevulis<sup>17</sup> sparsis<sup>17</sup> parum delectationis haberet? Vel quod colloquis suis aures hominum non satis permulcebat?<sup>18</sup> Vel quod cuncta gravius ferebat? Quod curas, mala, molestias vitae occultare non poterat? Vel quod amicus suus summo loco positus non nisi facies serenas, validas, minime contractas<sup>19</sup> circum se pati volebat?

O hominem sui<sup>20</sup> studiosissimum,<sup>20</sup> qui ceteros homines suae tantum ipsis voluptatis gratia extare putaret! O satrapem,<sup>21</sup> qui circum se solummodo feminas et viros pulcherrimos patetur! Indignum ergo illum esse dignatione, quam ipse illi adhuc assignavisset,<sup>22</sup> nam pulchra carmina eius de amore, amicitia, bonitate scripta nihil esse nisi flosculus verborum et vaniloquas<sup>23</sup> simulationes!<sup>23</sup> Ergo illum nil nisi conspicere perpetuo velle vestitu consiliarii secreti phaleris<sup>24</sup> ornato inter picturas, statuas aliaque artificia, cum amicus eius inopiā vexatus vix pauperem quendam propinquum vel fratrem<sup>25</sup> Apollineum<sup>25</sup> tecto recipere posset, quod propter tenuem victum<sup>26</sup> precarium<sup>26</sup> haud facile sumptus simplicis theae toleraret!

Plurimā amaritudine<sup>27</sup> animus suus refertus est. Usque id temporis putaverat Fortunam eximie favere Goetheo, quocum ipse non posset comparari. Nam frustra fuisset! Fortunam munera sua ad libitum metiri principium vitae ponendum est, nam aliter omnes miseri et abiecti homines dementes fierent propter incomprehensibiles iniurias mundum occupantes! Sunt palmae praecclare florentes, quae aeterno sole proveniunt, et sunt plantae cellarienses, quae densissimis tenebris vitam degere<sup>28</sup> valent.

(Finis sequetur.)

<sup>17</sup> májfoltoktól tarkálló arc = mit Leberflecken besäte Wangen = semé de taches hépatiques <sup>18</sup> delectabat gondterhelt = abgequält = soucieux <sup>20</sup> önző, = Egoist = égoïste <sup>21</sup> basa = Pascha = pacha <sup>22</sup> nyilvánít = äussern = manifester <sup>23</sup> hazúg képmutatás = lügnerische Heuchelei = hypocrisie <sup>24</sup> rendjel = Orden = ordre <sup>25</sup> poëtam <sup>26</sup> kegyelemkenyér, kegydij = Gnadenbrot, Gnadengehalt = pension (de charité) <sup>27</sup> keserűség = Bitternis = amertume <sup>28</sup> eltölteni = fristen = passer




## GEOGRAPHICA.

Cum pendulo<sup>1</sup> Eötvösiano in finibus Persarum.

Scripsit Julius Banai. Latine reddidit Val. Fehér O. S. B. Ginsiensis.

Anno 1937. mandatu Instituti Geophysici a Rolando e baronibus Eötvös appellati forte in regione oppidorum Salgótarján et Bükkszék operabar. Pendulo enim torsionali<sup>2</sup> Eötvösiano naphtham (altero nomine petroleum) quaerebamus, cum extremo mense Augusto Societas Geophysica Londiniensis (The Geophysical Prospecting Co.)

petivit, ut duo observatores<sup>3</sup> a nobis naphtha in Persia quaerenda causa mitterentur. Maximo cum



Pendulum Eötvösianum-Rybarianum.


gaudio condicioni,<sup>4</sup> quae ad novem menses valebat, nomen subscrispi; quis enim non invitatur secundā occasione terrarū hominumque cognoscendorum?

Ex aula<sup>5</sup> ferriviae<sup>6</sup> orientali<sup>5</sup> a. d. Kal. Oct. quattuor mensoribus<sup>6</sup> Anglis comitantibus cum duobus pendulis Eötvösianis profecti sumus; itinere quinque dierum confecto pervenimus in oppidum Muhammerah, quod prope a Sinu Persico situm est. Ibi in hospitio a Societate Anglo-Iraniana (Oil. Co.) aedificato mansimus, dum in regione Maridiensi triginta fere tentoria nobis erigerentur. A. d. III. Non. Oct. exiimus in illum locum atque exempli terram metiri atque examinare coepimus.

Quandoquidem usu motorum explosivorū<sup>7</sup> celeriter crescente naphtha in rebus colonicis maximum momentum haberi coepit, magnorum regnorum administratores summo studio loca, ubi magna copia naphthae reperta est, affectare<sup>8</sup> sibi occupare conantur. In quo certamine Britanni primas partes agunt; illi enim naphthae, quae toto orbe terrarum inventa est, tres partes habent. Nam quia et in ipsa Britannia et in dominiis est naphthae paululum, complures nummariae<sup>9</sup>

<sup>1</sup> inga = Pendel = pendule <sup>2</sup> torziós = Torsionsp. = de torsion <sup>3</sup> megfigyelő = Beobachter = observateur <sup>4</sup> szerződés = Vertrag = contrat <sup>5</sup> Keleti pályaudvar = Ostbahnhof = Gare de l'Est <sup>6</sup> mérnök = Ingenieur = ingénieur <sup>7</sup> robbanás = Explosions = à explosion <sup>8</sup> meg-szerezni törekszik = sich einer Sache zu bemächtigen streben = s'efforcer de s'en emparer <sup>9</sup> tőkecsoport = Kapitalistengruppe = compagnies de capitalistes

societas<sup>9</sup> inter se coierunt, ut terras naphthā redundantes Anglis desponderent.<sup>10</sup> Societas — quae dicitur Anglo-Iranian Oil Co. — terras naphthosas in finibus Iraciensibus<sup>11</sup> et Persicis ipsa sola possidet ibique octogies centena milia (8,000.000) tonnarum naphthae quotannis e terra profert; cuius numeri una pars tubis ferreis quinque parallelis, qui sunt triginta fere centimetrorum crassitudine, destillationis<sup>12</sup> causa ad quadringentorum fere chilometrorum longitudinem ducitur in oppidum Abadanum, unde navibus in Britanniam portatur. Altera pars e puteis Mossuliensibus tubis, qui sunt mille octingentorum chilometrorum longitudine, Haifam, in portum Palaestinensem ducitur, ubi implentur ingentissima receptacula.<sup>13</sup> Ex his duobus locis curantur<sup>14</sup> stationes, quae sunt in oris Sinus Persici et Maris Interni.



Tubus olei ductus Iraniensis.

Societas illa, praeterquam quod naphtham e terra expedit,<sup>15</sup> magnam pecuniam novis fontibus perquirendis impendit.<sup>16</sup> Instrumentum perquiriendi gravissimum<sup>17</sup> est torsionale pendulum, quod est a Rolando Eötvös barone physico Hungarorum celeberrimo fabricatum. Is enim ita torsionale pendulum immutavit, ut de altero fine pertici<sup>18</sup> oscillantis<sup>19</sup> pensile<sup>19</sup> pondus suspenderet; ita assecutus est, ut effectum multarum rerum pendulo circumpositarum examinare posset. Filum<sup>20</sup> torsionale, quod fit ex platina, 30 centimeta longum est et 0·018—0·020 millimetra crassum (quae crassitudo tenuem capillum aequat). Ex angulo<sup>21</sup>, qui a statu non torto<sup>22</sup> fili torsionalis declinat, 1—2 gradibus subtilitatis<sup>23</sup> Eötvösiana (10<sup>-9</sup> din) computari<sup>24</sup> potest mutatio gravitationis.<sup>25</sup> Atque item e gravitationis mutatione coniiciuntur<sup>26</sup> crassiores cumuli salis, quae consuetae species<sup>27</sup> naphthae sunt.

*Finis sequetur.*

<sup>10</sup> leköt = verbürgen = résérer <sup>11</sup> iraki = von Irak = d'Irak <sup>12</sup> finomítás = Raffinierung = pour raffiner <sup>13</sup> tartály = Öltank = tank <sup>14</sup> ellát = versehen = pourvoir <sup>15</sup> kitermel = ausbeuten = exploiter <sup>16</sup> fordít = ausgeben = investir <sup>17</sup> fontos = wichtig = important <sup>18</sup> lengő rúd = schwebende Stange = tige oscillante <sup>19</sup> lelögő = herab-hängend = qui pend <sup>20</sup> drót = Draht = fil de métal <sup>21</sup> szög = Winkel = angle <sup>22</sup> csavaratlán = ungedreht = non tordu <sup>23</sup> pontosság = Berechnungsgrad = précision <sup>24</sup> kiszámít = ausrechnen = calculer <sup>25</sup> nehézségi erő = Schwerkraft = force gravitative <sup>26</sup> következtet = Schlußfolgerung ziehen = conclure <sup>27</sup> alakulat = Gebilde = formation

## Statuae Romanae iconicis<sup>1</sup> maiores.

Acta<sup>2</sup> diurna<sup>3</sup> Vindobonensia «Reichspost» nuntiant: In agape<sup>3</sup> quadam Vindobonensi dr. C. Praschnicker, professor universitatis scholas iu- candas habuit de statuis illis giganteis, quae Scarabantiae (hungarice: Sopron) erant inventae. Cum anno 1884 palatum<sup>4</sup> civitatis<sup>4</sup> novum aedificaretur, inter labores effodiendorum funda- mentorum reliquiae templi antiqui Romanorum intus in tres partes divisi in lucem prodierunt. Qui tum rector musei Scarabantini erat, permultas partes statuarum invenit, quae ab omnibus neglec- tae in horto musei iacebant. Dr. Praschnicker has partes statuarum cum auxilio sociorum semi- narii archaeologici Vindobonensis accurate et diligenter inspectas delineavit<sup>5</sup> statuasque ad<sup>6</sup> tempus<sup>6</sup> adumbratas<sup>7</sup> iterum construere conatus est. Tum apparuit de quattuor hic statuis agi, quae omnes in soliis<sup>8</sup> copiose ornatis sedentes partim tres deos et deas Romanorum: Iovem, Iunonem, et Minervam, partim autem imperato- rem Romanorum repraesentarent, omnes iconicis maiores. Statua Iovis 3.30 m alta est, ergo fere duplo maior quam altitudo solita hominis: statuae dearum paululo minores sunt. Aliquando statuae cultui deorum destinatae stabant in istis tribus aediculis, quae sacraria<sup>9</sup> summa urbis, id est: Capitolium Scarabantiae significabant. Artifex, quia a meridie, fortasse Romā invitatus erat, peritus sculpendarum<sup>10</sup> talium statuarum huius regionis tempore Antonini Pii, cuius imago vera in statua quarta data est, circiter anno 150 post Ch. n. has statuas perfecit, quae nunc ex ruinis ad novam vitam resurgentibus ab hodierno die dimensionibus giganteis testimonium dant gravitatis et gloriae Scarabantiae antiquae.

*Andreas Kucsora, discipulus (Alba Regalis).*

<sup>1</sup> életnagyságú = Lebensgröße = grandeur nature  
<sup>2</sup> napilap = Zeitung = journal <sup>3</sup> szeretetlakoma = Liebes- mahl = agape <sup>4</sup> városháza = Rathaus = hôtel de ville  
<sup>5</sup> lerajzolni = nachzeichnen = fixer par le dessin <sup>6</sup> egyelőre = einstweilen = pour le moment <sup>7</sup> vázlatosan = skizzen- haft = esquissé <sup>8</sup> trónus = Thron = trône <sup>9</sup> szentély = Heiligtum = sanctuaire <sup>10</sup> kifaragni = meißeln = sculpter

## Hellmesberger.

Ad narratiunculam in proximo fasciculo ita inscriptam addit prof. Fr. Palata: Simile argumen- tum habet Ausonii, poetae Romani (IV post Chr. natum saeculi) epigramma «In Eunomum medicum», quod hic ad verbum adscribo:

*Languentem Saim moriturum dixerat olim  
 Eunomus. Evasit fati ope, non medici.  
 Paulo post ipsum videt, aut vidisse putavit  
 pallentem et multa mortis in effigie.  
 «Quis tu?» Caius ait. «Vivis-ne?» Hic abnuit. «Atquid  
 nunc agis hic?» Iussu Ditis-ait-venio,  
 ut notitiam rerumque hominumque tenerem,  
 accirem medicos.» Eunomus obriguit.  
 Tum Caius: «Metuas nihil, Eunome! Diri ego et  
 omnes,  
 nullum, qui saperet, dicere te medicum.»*


Non iniundendum est utramque fabulam in vicem comparare.



Moderator sibi proposuit, ut varia genera gymnicorum lectoribus describeret. In prima imagine pastores Aquitaniae in oppido Auriac certamen grallatorum<sup>1</sup> inter se instituunt. In altera Stephanus Hermann artifex<sup>2</sup> gymnicorum<sup>3</sup> Berolini in foro Alexandrino automobile dentibus circumtrahit, quo

corum est. Nostri custodes pedibus certandi cupidis calcitrant, vultus superbus super nostra vulnera vestigatur. Nunc, cum colonae nationum peregrinaram simus, exardescat-ne iterum in nobis animus Martius?

O mi Deus, mi Genitor, da nobis pro pace aegrota bellum sanum! Haec pax nos conficit, necat, velut venenum, lente necans. Restitue nobis animum Martium, perturbationem libertatis, furorem vineula confringentem, da labio cantum proelium incohantium vagitus maeroris ignavi superantem. Da nobis animum rebellionis: pone diabolum perturbationis indignationisque in pectore animos patriam amantes mordendi causa.



plus pecuniae spectatores in ingentem pyxidem<sup>3</sup> stipium<sup>3</sup> in automobile locatam pauperibus iacerent.

<sup>1</sup> (gólyaszerű) falábonjárók = Stelzengänger = celui qui marche avec des échasses <sup>2</sup> artist = Artist = artiste <sup>3</sup> alamizsnapsersely = Almosensammelbüchse = tronc des pauvres.

## LECTORIBUS MAIORIBUS.

### Idibus Martii...

Carmen Colomanni Radványi libere latine reddidit Emericus Szántó disc. Keszhelyensis.

Idibus Martii vincula quatimus. In carcere Hungariae mutilatae inter muros discordiae et odii ignaviā acerbā thesauros mille annorum differre et sacramentum domorum excidere spectamus. Corpus Hungarici populi generosi vermes obruerunt et siti avidā sanguinem sanum rubrumque sugunt. Terra, quam colis, non est tuum proprium; aratum, cuius stívā inniteris corpus fatigatum, non est tuum; triticum; quod labor et precatio ex humo Hungarica afferunt, non est tuum; vestis, instrumentum, duae manus laboriosae, mens, sanguis ardens cordis, acies voluntatis, aliena sunt. Fumarium fabricarum signum exclamationis imprecacionis; fragor curruum vapore actorum sonus altus irae; fletus venti lamentatio animorum Hungari-

Initio certaminis pro libertate tuenda, cum vicini ad seditionem concitati in fines patriae irrumperent, cum in Transsilvania Hungaros trucidare coepissent, Ludovicus Kossuth nationem adiit et haec verba fecit:

“Veni populum Hungaricum interrogaturus, utrum turpiter mori, an gloriose vivere vellet. Nisi Hungarus nunc hostes patriae opprimendi causa frequens proficiscitur, tum Hungaria regnum tam ignavum impigrumque est, cuius nomen in historia mundi nominis pudoris turpitudinisque par fiet. Tum Hungarus populus a Deo devotus est, cui sol suos radios denegabit, cuius ager manibus clam tritico consitus in deserta mutabitur, qui in terra sine patria errabit; genus peregrinum autem vice stipis alapam ducet, quae nos in patria propria mendicum faciet!»

Vota horribilia Ludovici Kossuth fides secuta est. Nos tantum animus Martius adjuvare potest.

O mi Domine, pro vastanti pace brutalis inhumanaque da nobis aedificans bellum populos ordinans humanumque, quod vires, fidem, conscientiam, animum virilem et audaciam Hungaricam reddit!

### Librorum recensio.

Görög-római vallástörténet és mitológia. Irta: Kállós Ede. Harmadik átdolgozott kiadás. Cserépfalvi kiadás. 1936.

Religionis et mythologiae Graecae et Latinae, qui conscriperunt historiam, quorum numerus

paene infinitus est, vel puerorum ad usum et delectationem fabularum delenimenta narraverunt, quibus eorum, qui in historia religionis non fabulas, sed doctrinam et veri indagationem quaerebant, veritatis studium expleri non poterat; vel religionis et mythologiae originem et progressionem exquirentes doctorum tantum hominum ratione habita fabularum iucundam enarrationem procul a se ablegaverunt. Eduardus Kallós medium viam secutus utrique lectorum generi satisfecit nec doctrinam in veri investigatione positam nec narrationis iucunditatem negligendo.

Iam vero is etiam Graecae et Latinae religionis originem ex unius dei opinione ortam existimans demonstrare studet, quoniam unius dei opinio antiquitus vigens evanuisse, fabularum effloruisse versicolorum illum splendorem animos praestringentem. Manium, heroum, gigantum et deorum Olympicorum origines, cultus, fabulae fictae deinceps iucundissima narratione inducuntur, quibus legendis et puerorum animos fabularum avidos et virorum veritatis studium exsatiatum iri confido speroque fore, ut Coxii aliorumque iam pridem obsoletae mythologiae hoc libro in fugam vertantur.

**Szidarovszky János.** Ujabb elméletek az indogermand nyihangokról. 1937. Budapest. Editio Acad. Scient. Hung.

Ioannes Szidarovszky eruditissimus linguarum Indogermanicarum professor hoc commentariolo pracepta doctorum de sonis palatalibus recentiora accuratissima diligentia subtilique indicio persecutus est. Ex argumentationum eius summa concluditur sonum labiovelarem in linguarum Indogermanicarum universitate iam viguisse neque esse copulationem velaris cum sono û, sed esse sonum per se simplicem et unum; deinde elementi labiovelaris interitum ab oriente incipientem, inde ad occidentem versus manantem aliqua ex parte in Indogermanicis linguis, priusquam segregarentur, exstisset, neque autem delabialisacionem, quam vocant, gentibus inter se seiunctis esse intermissam, ut pote cum elementum labiale in quondam sonorum coniunctione ex linguis inter se separatis etiam nunc cernamus evanescere. Libello isto etiam Graecarum et Latinarum linguarum interiore notitiam habituri, quin cum emolumento maximo sint usuri, nullus dubito.

Car. Ács Budapestinensis.

### Hymnus Polonorum.<sup>1</sup>

*Deus, Polonus saeculis evolutis  
roboris nimbo collustrans et laudis,  
protegens eos clipeo salutis  
ab omni strage, omni damno fraudis:  
En supplicamus coram ara strati:  
patriam redde nosque libertati!*

Post libertatem recuperatam;

*En coram ara strati supplicamus:  
patriam fove liberam, oramus.*

*Nos sacrosanctam causam vi tutantes  
Deus, fortunam miserans, iuvisti  
et totus orbis stupuit pugnantes:  
sic in adversis laude nos auxisti.  
En coram ara etc.*

*Redde Polonis priscam claritatem,  
agris et arvis benedic abunde!  
Prospera pax hanc illustret aetatem —  
cessent iam poenae, Deus iracunde!  
En coram ara etc.*

*Deus ter sancte, admirande, munis  
tuos a belli contagie rapacis,  
gentes fraternalis liberas reduni  
uno sub sceptro divi regis pacis!  
En coram ara etc.*

Auctore Aloysio Felinski (1815).

<sup>1</sup> Ex periodico Polonico «Palaestra.»



### De re aenigmatica. <sup>(7)</sup>


Otto Schmied Vindobonensis.

#### Solutiones aenigmatum sextae partis.

36. f, nos, verte, nectare, fortitudo, statuto, eruta, edo, o; 37. vis, vinco, vendere, *Vindobona*, verbero, viola, una; 38. *Hungaria*, munditia, vincenti, trigonum, pugnator, centurio, saevitia, *Pannonia*; 39. Austria, capreae, adamate, Oceanus, tranare, paritas, aenigma.

Alia aenigmata figurata nomina excipiunt e figuris, quae vocibus coniectandis finguntur, qua in re alterae litterae plerumque allatae, alterae supplendae sunt. Tale est *aenigmastellare* in quo ab una littera in medio posita vocabula velut radii exordiuntur, quorum extremae litterae vocabulum novum efficiunt.

#### 40. Stella.



1. Est idem ac «sum utile».

2. «Posteriore tempore».

3. Obtingit illud noxio.

4. Non grata mi condicio.

5. Quis solet gregem pascere?

6. Quid debet miles facere?

7. In aqua tantum potest vivere.

Extremis septem litteris

Auctores fient generis.

In aenigmate pectinario a vocabulo vel proverbio coniungi secunda quaque littera intermissa voces pari longitudine incipiunt, ut forma pectinis existat.

41. Pecten.

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.
• u • u • i • f • b • l •	u i a v n u	• . . . . .	a e e s a o			
u   a	i   a	:   e	a   e	v   s	n   a	u   o
.	.	.	.	.	.	.

1. Telluris comes placida.
2. Quae poma sunt dulcissima?
3. Ad ablativum praepositio.
4. Quo modo pelagus traicio?
5. Quis saepe solet visitari?
6. Quid vento volvitur in mari?
7. Cui rei serviunt avari?  
Lacunas si expleveris,  
Supremi versus litteris  
Notabitur proverbium,  
Quod vobis est notissimum.

Denique aenigma demonstretur, in quo vocabula aenigmatica in modum clathrorum decussantur.


42. Clatri.

1.	2.	3.	4.	5.
• u • m • b • e •	u e l e i			
u □ e □ l □ e □ i				
• e • i • i • a •	m i a u e			
m □ i □ a □ u □ e				
• i • a • e • e •	i i i v i			
i □ i □ i □ v □ i				
9. • t • i • s • n •				

1. Sic spatium exquiris temporis.
2. Praefectus erat Romae nundinis.
3. Quod in unguento suavi abs te fit.
4. Et pro «reflecto» vidi verbum id.
5. Si ipse es in voluptatibus,  
Tum miserere quidem talibus!
6. Pro «qua de causa» adhibes.
7. Pro «extruis» invenies.
8. «Profecto (ita me devoveo),  
Ni causam veram tibi profero.»
9. «... tu....., de te mentitur,  
Quae ipse subdole molitur.»

In hac novissima figura haud difficulter fontem agnoscas, ex quo illud creberimum aenigma horum dierum exsiluisse videtur: aenigma in modum crucis solvendum vel crucigrama vel aenigma decussativum. Nam ex aenigmate formam clathrorum monstrante crucigrama fiet, si prorsus litteras omiseris velut in hoc exemplo simplici:

43. Crucigrama.



- ad libram: 1. Sic sol a nobis nominatur.  
4. Et istud nomen lunae datur.  
5. Qua re ecclesia ornatur?
- ad perpend.: 1. Est par ac non est vetitum.  
2. Sis semper ..... pauperum!  
3. Quid moris est contrarium?

Continuabitur.



Censor aenigmatum: Otto Schmied Vindobonensis.

Solutiones aenigmatum numeri VI.

Censor aenigmatum: Otto Schmied Vindobonensis.

1. ostium, Ostia. 2. rursus, ursus, usus, sus.
3. nemo, eras, Mars, ossa.
4. volare, imbutus, cervus, penna:  
Bonum certamen certaverunt; corpora eorum seputa sunt, nomina vivent.
5. tardus, iubet, bene, eques, rus, iuvenis, uxor, servus: Tiberius.
6. Patria nobis omnibus carior esse debet quam vita nostra.

**Aenigmata recte dissolverunt:** I. In Hungaria: Sorores Büchler, Editha Bátori, Irene Lenkei, Ida Gáll, Mariana Magyar, Maria Petrován, Susanna Mártha (*Theresianum*), Paulus Tolnay, Iulius Asztalos (*Scholae Piae*), Ladislaus Keleti, Ludovicus Szöllössy, Ladislaus Szabó, Petrus Resovszki, Egon Rosner, Georgius Lénárd (gymn. *IPEA*), Nicolaus Mayer, Stephanus Székely, Emericus Burián (*Rákócziannum*), Paulus Kristek (*Emesianum*), Martha Beregi, Olga Kunczer (*Veresianum*), Ioannes Wolkóber (*Madachianum*), Maria Krivoss, Maria Harcz, Maria Dobbelhof, Martha Kovács, Agnes Szakonyi, Juditha Angeli, Fedora Dietl, Vera Földváry, Hedviga Gyimesy, Esther Horváth, Gabriella Jantsits, Martha Károlyi, Helena Koltai, Agatha König, Alicia Kühne, Margaretha Lukáts, Erica Palkovics, Margaretha Rózsa, Martha Stein, Aglaea Szemző, Éva Szendrey, Erica Tahy, Magdalena Tittelbach, Christiana Mantel, Valeria Vendl (*Sophianum*), Eugenius Rákós (*Zrinyianum*), Tiberius Szollár (gymn. Acad.) *Budapestinenses*. — Carolus Büttner *Strigoniensis* (*Stephanum*), Iulius Pethes, Ladislaus Váci, Paulus Tallián, Iulius Schwarcz *Gyoengyoesiensis* Gabriel Vajda, Emericus Lipsitz *Debrechinenses*, Iosephus Kovács, Nicolaus Beély, Nicolaus Kovács, Alexander Rozonyi, Zoltanus Pál, Zoltanus Szlaninka,

Bela Pétervári *Miskolcienses* (*Fraterianum*). Rolandus Csapó, Gabriel Gidáli, Ladislaus Göőz, Franciscus Horikay, Eugenius Kakuk, Andreas Lénárt, Ladislaus Nyiri, Iulius Oláh, Felix Örs, Franciscus Schubert, Julius Válc, Gustavus Vongerey, Dionysius Szentgyörgyi, Ladislaus Erdős, Andreas Mihalik *Agrienses* (*Bernardinum*), Alexius Csiszér, Eugenius Ágoston, Tiberius Balázs, Franciscus Közel, Iosephus Várhegyi, Ioannes Radványi, Iosephus Kovács, Paulus Daby, Iulius Turányi *Matthiaeopolitani*, Henricus Pásztor, Stephanus Fricker, Tiberius Farkas, Carolus Ferenc *Dombóvárienses*, Eleutherius Radó, Ladislaus Bene *Quinquecclesienses* (*gymn. Soc. Jesu*), Tiberius Zoltán *Mariaeremensis*, Maria Kónya *Sabariensis*, Margaretha Kertész, Ladislaus Kelemen, András Kovács, Petrus Hanák *Kaposváriensis*, Ioannes Szilvás *S.-Gotthardiensis*, Iosephus Gyimes *Makonensis*, Nicolaus Tamás *Szegedinensis*, Ladislaus Kiss, Alexander Pákozdy, Antonius Kovács, Martha Seemann, Ella Kun, Éva Keresztes, Ladislaus Király, Ioannes Sugár *Hajdúnanasienses*. — II. In Austria: dr. Guilelmus Fieber, Ilse Sacher, Thea Schmied et discipuli (*gymn. Acad.*): Henricus Pawloy, Otto Reyk, Ioannes Wagner, Guilelmus Fleischer, Robertus Haenlein, Petrus Herbert, Ruediger Ernst, Guilelmus Felbinger, Guilelmus Horek, Hermannus Meroth, Rudolphus Nemetsch, Paulus Rickert, Iulius Juhn *Vindobonenses*. — In Germania: dr. Carolus Flesch *Reichenavensis*. — In Helvetia: Alicia T. Moretti, L. Helena Candolphi *Locarnenses*, Georgius Rezzonico, Paulus Frick *Lucanenses*.

**Praemium sorte Mariae Harcz, Mariae Petrován, Eugenio Rákos, Rolandó Csapó, Stephano Frikker, Ioanni Radványi, Ladislao Bene, Mariae Kónya, Ioanni Szilvás, Iosepho Gyimesi, Nicolao Tamás, Ilse Sacher et Paulo Frick obvenit.**

#### 1. Ad computandum.

Iulius Iosepho petenti, ut nonaginta coronas debitas reddat, respondit:

«Aes alienum nunc solvere non possum, nam etsi pecunia, quam nuna habeo, duplex esset, tamen de illis nonaginta coronis summa deesset dimidio minor quam pecunia duplicata. Quot igitur coronae Iulio tum erant?

E consilio Emerici Lipsitz, discipuli Debrecinensis.

#### 2. Logographus.\*

P rex fuit coniunx Thetidis,  
N rex autem pater Nestoris.  
*Emericus Lipsitz.*

#### 3. Logographus.\*

N incola est Africæ  
P autem non vult discere.  
*O. S.*

#### 4. Quadratum magicum.\*

##### 1. 2. 3. 4.

1.	A	A	A	A
2.	A	A	A	A
3.	L	L	M	M
4.	M	T	T	T

1. «Prava» sunt aut fructus arborum.
2. Quævis mater . . . filium.
3. Pro «palude» hoc invenio.
4. In affectu interiectio.  
(Duplicata vel coniunctio).

*Petrus Resofszki*, disc. gym. IPEA Budapestinensis.

#### 5. Ad supplendum.\*

1. ena . a	4. edi . o	7. red . t.
2. doc . o	5. rat . a	8. ram . s
3. ffe . o.	6. nsu . a	9. ivo . a

*Ex supplendis litteris*

*Nomen noti carminis*

*Et quis hoc pepigerit,*

*Unusquisque comperit.*

*Petrus Hanák*, disc. Kaposváriensis.

#### 6. Chronodistichum.

Super portam monasterii cuiusdam Vindobonensis scriptum est:

ANNO CONFLICTVS QVO MVSTAPHA TRVX FVIT ICTVS,  
tVRVICIA PORTA RVIT, NOSTRA EXSTRVCITA FVIT.

Misit *Ioannes Lis* studiorum consiliarius Hindenburgiensis.

Nota: Lectoribus minimis: 3, 6; mediis: 1, 4; maioribus: 2, 5.

\* Stellula apposita indicatur aenigma a censore aenigmatico in versus esse redactum.

«Decennium Radiotelephonie Hungaricae» ab Societate Radiophonica Budapestinensi praemium datum est.

**Terminus solutionum ad moderatorem mittendarum dies VII mensis Aprilis.**

Solutiones aenigmatum sumptibus comparcendi causā singulis in scholis a magistro collectae in eodem involucro epistulae ad moderatorem mitti possunt.



#### Lectores ad lectores.

**Marietta Harangozó** discipula VII classis gymnasii (domicilium: Keszthely, Kossuth Lajos-utca 107. Hungaria), commercium epistulare habere optat cum lectrice similis aetatis Americana.



Corrigenda numeri 6 (Febr.) pag. 83: pro «citusque currant» lege: citiusque currunt; ibidem non est nominatus Emerici epistolæ auctor: Desiderius Dezséry Budapestinensis; — pag. 84: pro «gymnasticias» lege: gymnasticas. — pag. 86: pro «se gerant, et» lege: se gerant, neque. — pag. 90: pro «adeo commata» lege: adeo commota. — pag. 92: pro «At hunc autophari» lege: At nunc autoph.; pro «classis litterarie» lege: classis litterariae. — pag. 96: pro «ad Agnem Szak . . . , qui» lege: ad Agnetem Szak . . . , quae.



Sumptibus Societatis Magistrorum Catholico-Rum Mediarum Scholarum. — A Katolikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)